29

BREVE

DE SU SANTIDAD,

POR EL QUE SE EXÔNERA

de la personal concurrencia en Roma á los que solicitan dispensas matrimoniales, y conceden otras gracias en la misma razon.



En Madrid en la Imprenta de PEDRO MARIN
año de MDCCLXXXI.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

PIUS PP. VI.

ad futuram rei memoriam.

QUemadmodum Apostolicæ Sedis benignitas, personarum quæ ad eam confugiunt indigentiis opportunè consulens, & undique authoritate sua diffundens beneficia, Sacrorum Canonum vim quandoque relaxare solet; ita dignum Pontificiæ providentiæ opus censetur, ad submovendas animorum anxietates & occurrendum felici concessionum usui, illarum methodum & ordinem accuratius præscribere.

2 *Nuper quidem accepimus nonnulla circa dispensationes super impedimentis ad matrimonia contrahenda dirimentibus ab Apostolica Sede, pro personis in Hispaniarum Regnis degentibus, concedi solitas in dies excitari dubia, & ad quasvis tum Venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum earum Regionum, tum personarum quibus dispensationes favere debent submovendas ambi-*

PIO VI PAPA.

para futura memoria.

ASÍ como la benignidad de la Sede Apostólica suele á veces moderar el rigor de los sagrados Cánones, dispensando el conducente socorro en sus necesidades á las personas que acuden á ella, y extendiendo con su autoridad sus beneficios por todas partes; del mismo modo es cosa muy propia de la próvida solicitud Pontificia prescribir con toda especificacion el método y órden de las concesiones para evitar escrúpulos, y hacer efectivo su uso.

2 Y mediante que hemos entendido poco hace que se excitan cada dia algunas dudas acerca de las Dispensas que se acostumbran conceder por la Sede Apostólica á los habitantes en los Reynos de España sobre los impedimentos dirimentes para contraer matrimonio, y que á fin de removérselas, así á nuestros Venerables Hermanos los Arzobispos y Obispos de aquellos parages, como á las personas á cuyo fa-

biguitates necessarium fore quod de aliquibus circumstantiis dispensationum earumdem certa & inviolabilis statuatur regula, nec non aliqua suprema authoritate nostra declarentur & liberaliter remittantur; ad quæ Charissimi in Christo Filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, pro eo quo flagrat Religionis tuendæ, & suorum subditorum felicitatis procurandæ studio, Nobis significata vota accesserunt. Nos igitur, qui occasiones quasvis eiusdem Caroli Regis votis obsecundandi Nobis oblatas libenter amplectimur; ac gentibus in vastissimis florentibusque Regnis & Dominiis sibi subditis Nostrum Paternum amorem liberalitate, & beneficentia hac quoque in re palam facere volumus, per præsentes Nostras Litteras infrascripta mandata, & ordinationes futuris temporibus perpetuò observari statuimus.

Pri-

favor se conceden las dichas Dispensas, era necesario establecer una cierta é inviolable regla por lo respectivo á algunas circunstancias de ellas, y con nuestra suprema autoridad declarar y decidir favorablemente las enunciadas dudas, para lo qual se nos ha pasado oficio, manifestando este mismo deseo en nombre de nuestro muy amado en Cristo Hijo Cárlos Rey Católico de España, acreditando en esto su gran zelo por la Religion y continuo anhelo que tiene de promover la felicidad de sus súbditos: Nos que abrazamos gustosamente qualesquiera ocasiones que se nos presentan de concurrir por nuestra parte al logro de los deseos de dicho Rey Cárlos, y que tambien queremos manifestar nuestro amor paternal, en lo que vá enunciado, usando de liberalidad y beneficencia con todas las personas de los vastísimos y florecientes Reynos y Señoríos sujetos al mencionado Rey, por estas nuestras Letras establecemos que se observen en lo sucesivo las reglas y disposiciones siguientes.

En

Ayuntamiento de Madrid

3 *Primò videlicet quod dispensationes in aliquo gradu stipiti proximiore concessæ, si in Litterarum Apostolicarum tenoris verificatione coram Executore peragenda oratores in gradu eidem stipiti remotiore coniunctos esse comperiatur, executioni nihilominus demandari possint, quin ad Nos & Sedem Apostolicam recursus denuo habendus sit; hac tamen adiecta Lege & declaratione quod arbitrium huiusmodi impertitum intelligatur quando impedimento in Litteris Apostolicis expresso aliud non adiungatur: quoniam ut exemplo aliquo utamur, si in dispensatione super simplici tertio gradu concessa, comperiretur ultra dictum tertii, aliud etiam quarti cum tertio a communi stipite provenientis obstare impedimentum, in eo, similibusque casibus ad Nos, & Apostolicam Sedem recursus habendus erit, ut nova dispensatio illos in primæva concessione minimè enunciatos gradus complectatur. Ne autem id sæpe contingat, præcipimus, ut in attestationibus a Curiis Archie-*

3 En primer lugar, que si en la justificacion que se ha de hacer de la narrativa que se expone en el tenor de las Letras Apostólicas de las enunciadas Dispensas ante su executor, se hallare que los Impetrantes están en grado de parentesco mas remoto al tronco que el que se les dispensaba en ellas, sin embargo puedan ser llevadas á efecto, sin que haya que hacer nuevo recurso á Nos y á la Sede Apostólica; pero esto con la precisa condicion y declaracion de que se entienda concedido este favor, quando no concurra otro impedimento mas que el expresado en las Letras Apostólicas: y así, por exemplo, quando en una Dispensa concedida de tercer grado simple se hallare que ademas del dicho impedimento de tercer grado, obsta tambien otro de quarto con tercero que provenga del tronco comun, en este caso y otros semejantes se deberá recurrir á Nos, y á la Sede Apostólica para que la nueva Dispensa comprehenda los grados que no se hayan expresado en la pri-

mi-

Ayuntamiento de Madrid

chiepiscopalibus, & Episcopalibus ad impetrandas dispensationes in forma pauperum edendis gradus etiam quibus oratores insimul devincti comperientur, distinctè exprimantur.

4 *Secundò quod ad dispensationes cum causa vel incestus sequuti, vel saltem habitæ conversationis infamiam inferentis pro oratoribus pauperibus impetrandas, quarum intuitu, juxta proximiorum graduum impedimenta necessarium hucusque fuit, vel quod Oratores ad urbem accederent, vel quod ob habituales infirmitates absque vitæ discrimine id implere non posse Ordinariorum attestationibus probaretur; in posterum ad illas assequendas authenticum sufficiat de paupertate tantum testimonium ab Ordinario rite exaratum, & in Dataria Apostolica exhibendum, cuius vigore par erit Oratoris conditio, ac si in Urbe præsens adesset. Insuper sta-*

mitiva concesion; y para que esto no acontezca con frecuencia mandamos que, en los atestados que se dieren por las Curias Arzobispales y Episcopales para impetrar las Dispensas *in forma pauperum*, se expresen con toda distincion los grados de parentesco en que los suplicantes estubieren mutuamente enlazados.

4 En segundo, que para conseguir las Dispensas que se hayan de impetrar por suplicantes pobres con qualquiera de las dos causas, de incesto cometido, ó de comunicacion que induzca infamia, por las quales en los casos de impedimentos que proceden de parentesco en los grados mas próxîmos, era necesario hasta ahora para obtenerlas, ó que los suplicantes viniesen personalmente á Roma, ó que hiciesen constar por atestados de los Ordinarios que por sus enfermedades habituales no lo podian executar sin riesgo de su vida, baste en lo sucesivo solo un atestado auténtico de su pobreza, expedido en forma por el Ordinario, que se exhibirá en la

Ayuntamiento de Madrid

statuimus quod in Apostolicis Litteris tam præmissarum, quam aliarum dispensationum in forma pauperum expediendarum, ultra facultatem differendi post contractum matrimonium servilis pœnitentiæ adimplementum, alia quoque addatur facultas eamdem pœnitentiam in pia opera commutandi; dummodo eleemosinæ non imponantur elargiendæ. Hæ verò facultates Archiepiscopis, Episcopis, sive illorum Officialibus pro eorum arbitrio & conscientia utendæ concedentur; firma tamen remanente pœnitentia publica, quæ ab omnibus, antequam matrimonium contrahant, inviolabiliter erit adimplenda.

5 *Tertiò quod in dispensationibus quæ absque ulla causæ expressione impetrantur, & in quibus aliqua petentibus indulgeri solet arbitrio nostro taxarum compositionis imminutio, semper deinceps imminutiones huiusmo-*

la Dataría Apostólica, y le surtirá al suplicante el mismo efecto que si hubiera venido personalmente á Roma. Ademas de esto establecemos, que en las Letras Apostólicas, así de las expresadas Dispensas, como de otras qualesquiera que se expidieren *in forma pauperum*, con la facultad de diferir para despues de contraido el matrimonio el cumplimiento de la penitencia servil, se conceda tambien la de conmutar la enunciada penitencia en obras pias, con tal que no se imponga la de dar limosna: Y estas facultades se concederán á los Arzobispos, Obispos, ó á sus Oficiales para que usen á su arbitrio y conciencia de ellas; pero siempre han de imponer la penitencia pública, la qual todos hán de cumplir inviolablemente antes que contraigan el matrimonio.

5 En tercero, que en las Dispensas que se impetran sin expresar ninguna causa, en las quales se suele hacer á nuestra voluntad, á los que la piden, alguna rebaxa de lo que debían pagar segun tarifa por razon de la compo-nen-

modi, exhibitis de more supplicibus Libellis, concedantur iuxta notulam a dilecto Filio nostro Andrea Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali Nigrono nuncupato, Datariæ nostræ Præfecto, & Pro Datario subscribendam ac unà cum præsentibus Litteris tradendam.

6 *Quartò demum quod dispensationes in gradibus infra enunciandis super matrimoniis, cum ignorantia impedimenti bona fide contractis, per Officium Sacræ Nostræ Pœnitentiariæ pro utroque foro concedi valeant; ita tamen ut supplicationes pro iis impetrandis dispensationibus Datariæ Apostolicæ porrigantur, a qua ad Pœnitentiariam cum facultatibus necessariis & opportunis ad effectum illas gratis concedendi remittentur.*

7 *Intendimus verò quod dispensationes huiusmodi super impedimentis sint quarti simplicis, vel quarti mixti cum tertio tantum, quodque matrimonia bona fide, ser-*

nenda; en adelante, dando el acostumbrado Memorial, se conceda siempre la enunciada rebaxa, con arreglo á la Nota firmada por nuestro amado hijo Andres Negroni, Cardenal Diácono de la Santa Iglesia Romana, que gobierna nuestra Dataría, y es nuestro Prodatario, la qual se entregará juntamente con las presentes Letras.

6 En quarto y último lugar, que por el oficio de nuestra Sagrada Penitenciaría se puedan conceder Dispensas en ambos fueros, en los grados que aquí adelante se expresarán, por lo respectivo á matrimonios contraidos de buena fé, ignorando el impedimento, con tal que para impetrar estas Dispensas se presenten las súplicas en la Dataría Apostólica, y por ella se remitan á la Penitenciaría, con las facultades necesarias y conducentes, á efecto de que las conceda graciosamente.

7 Y queremos, que las enunciadas Dispensas hayan de ser de los impedimentos de quarto grado simple, ó de quarto mixto con tercero solamente; y esto en los ma-

Ayuntamiento de Madrid

servata forma a Sacro Concilio Tridentino præscripta contracta fuerint, ac Oratores post detectum impedimentum a carnali copula se se abstinuerint, & non aliàs.

8 *Reliqua verò omnia ad expeditionem dispensationum matrimonialium pertinentia in suo robore permanere volumus & mandamus. Præsentes autem Litteras semper firmas, validas, & efficaces esse & fore, omniaque & singula in eis contenta ab iis ad quos spectat observari debere, nec a præmissis resiliri posse decernimus ac præcipimus.*

9 *Non obstantibus quibusvis Ordinationibus ac Constitutionibus Apostolicis, ac stylis & consuetudinibus immemorabilibus, quibus omnibus & singulis ad præmissorum plenarium effectum, illis aliàs in suo robore permansuris, harum serie specialiter & expressè derogamus.*

Datum Romæ apud Sanctum

matrimonios que se hayan contraido de buena fé, observada la forma prescrita por el Sagrado Concilio de Trento, y en que los suplicantes despues de descubierto el impedimento se hayan abstenido entre sí de cópula carnal, y no de otro modo.

8 Y es nuestra voluntad y mandamos, que queden en su vigor todas las demas cosas concernientes á la expedicion de las Dispensas matrimoniales: ordenando y mandando que estas Letras, y todas y cada una de las cosas contenidas en ellas, sean y hayan de ser firmes, válidas y eficaces, y que se deban observar por aquellos á quienes corresponda, y que estos no puedan exceder de lo que en ellas va determinado.

9 Sin que obsten qualesquiera Constituciones y Disposiciones Apostólicas, ni los estilos y costumbres inmemoriales. Todas y cada una de las quales cosas, habiendo de quedar por lo demas en su vigor, las derogamos especial y expresamente para que surta su pleno efecto lo que vá expresado.

Dado en Roma en San Pedro

Ayuntamiento de Madrid

ctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVIII Junii MDCCLXXX. Pontificatus nostri Anno sexto.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

A. Card. Pro Dat.
Pro Magistro Brevium
J. Bruner Officialis deputatus.
F. M. Subdatarius.

dro, sellado con el Sello del Pescador el dia 28 de Junio de 1780. Año sexto de nuestro Pontificado.

En lugar ✠ del Sello del Pescador.

Andres, Cardenal Prodatario.
Por el Maestro de Breves
J. Bruner, Oficial Diputado.
F. M. Subdatario.

Certifico yo Don Felipe de Samaniego, Caballero del órden de Santiago, Arcediano de la Valdonsella, Dignidad de la Santa Iglesia Catedral de Pamplona, del Consejo de S. M, su Secretario, y de la Interpretacion de Lenguas, que este traslado de un Breve de su Santidad es conforme á su original; y que la traduccion en Castellano que le acompaña está bien y fielmente hecha, habiéndome sido remitido de acuerdo del Consejo para este efecto: y para que conste lo firmé y sellé en Madrid á trece de Marzo de mil setecientos ochenta y uno.

Don Felipe de Samaniego

Ayuntamiento de Madrid